

eos ubicumque obtento eo ipso absque aliqua declaratione desuper facienda privati sint: ac Ordinarii, & alii inferiores Collatores, & Patroni, qui contra praemissa quidquam attentare praesumpserint, a quorumcumque Beneficiorum collatione, provisione, electione, praesentatione, institutione, & quacumque alia dispositione, prout cuique competierit, tamdiu suspensi remaneant: donec remissionem a Romano Pontifice pro tempore existente meruerint obtinere. Decernentes omnes, & singulas collationes, institutiones, & quasvis alias dispositiones de quibuscumque Beneficiis praedictis, ut praefertur, vel alias quomodolibet qualificatis contra praesentis statuti formam, & tenorem etiam per Nos, & quoscumque alios Romanos Pontifices Successores nostros, dictamque Sedem, & illius Legatos, etiam de Latere, & Nuncios, omnesque, & singulos alios jus, & favorem conferendi, providendi, committendi, eligendi, praesentandi, & alias quomodolibet de huiusmodi Beneficiis disponendi ab ipsa Sede habentes: nec non ordinarios, & alios inferiores collatores, etiam ad patronorum praesentationem, seu de illorum consensu pro tempore factas ipso iure nullas, & invalidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, ac pro nullis, & inane habere, nec per eas cuiquam jus, vel etiam coloratum possidendi titulum tribui posse, & ipsos, in quorum favorem emanarint, illarum prorsus usum, & commodum carere: ac Beneficia ipsa, ut prius, vacare, & quae ex illis dispositioni apostolica reservata, seu affecta fuerint sub eadem reservatione, & affectione remanere, ac tam illa, quam etiam omnia alia non reservata, neque affecta, de quibus a dicta Sede, vel illius Legatis, seu Nunciis, aut aliis jus, & facultatem conferendi a dicta Sede, ut praefertur, habentibus contra formam praesentis statuti quodcumque dispositum fuerit, ad novam Romani Pontificis pro tempore existentis dispositionem dumtaxat pertinere: ab Ordinariis vero, & aliis inferioribus collatoribus cessantibus reservationibus, & affectionibus apostolicis praeter, & contra tenorem huius statuti pro tempore collata, ac etiam ea, quae de iure patronatus huiusmodi fuerint, devolutioni ad Sedem praedictam immediate eo ipso subiacere, illaque omnia a Sede praedicta dumtaxat impetrari posse, nec jus ullum ad resignantis, seu cedentis, etiam in possessione, etiam diutina remanserint, ac resignationes, seu cessiones huiusmodi publicatae non fuerint, redire, vel penes eos remanere, ac praesentes etiam ex eo, quod causa, propter quas emanarunt, coram locorum Ordinariis, etiam tamquam a Sede praedicta delegatis, vel alias quomodolibet examinata, verificata, & iustificata, ipsique Ordinarii, & alii inferiores collatores, & patroni, nec non quicumque interesse habentes ad id vocati non fuerint, nec praemissis consenserint, vel alio quocumque praetextu legitimo urgente, & juridico, de subreptionis, obreptionis, vel nullitatis

vitio, seu intentionis nostrae, aut alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus eas quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari posse, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus a Nobis, vel quibuscumque aliis Romanis Pontificibus, & dicta Sede, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus pro tempore emanatis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & eum statum, in quo erant antea, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo, etiam sub data posteriori, concessas, validasque, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac ab omnibus inviolabiliter observari: Sicque per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, & dictos Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Ceterum animarum salutem solliciti intenti Venerabiles Fratres Archiepiscopus Calaguritanus, & Turritanus, hortamur in Domino, ac etiam illis in virtute sanctae obedientiae praecipimus, quatenus pastoralis officii, & ad quod sunt evocati, memores, dissidia, odia, & inimicitias huiusmodi, quibus humani generis hostis animarum eorum cura commissarum perniciem molitur, eminentiori animi cura, ut pios, & vigilantes pastores decet, componere, ac Civitates ipsas animis Incolarum in Christi charitate coalescentibus ad pacem, & unionem revocare studeant; in hoc uno peculiari paterno affectu toti incumbant: nulli labori, incommodo, molestiae mentis, & corporis, quo id consequantur pareant: praecipue autem ad divinam opem confugientes precibus, & sacrificiis Dominum ipsum utrique Civitati praedictae propitium reddere, & ab eo pacis beneficium impetrare contendant. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum, in quibus Beneficia huiusmodi fuerint, nec non Civitatum, & Dioecesium praedictarum, ac Regni, & Insulae Sardiniae, in quibus consistunt, iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, & quantumvis longo tempore observatis, legibus etiam municipalibus, & pragmaticis, ac aliis sanctionibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, etiam super facultate dicta Beneficia conferendi, eius Ecclesiae, illarumque Praesulibus, Capitulis, Civitatibus, Dioecesium, Regno, & Insulae praedictis, earumque Communitatibus, Universitatibus, hominibus, Incolis, superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis de-

10ga

rogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam vim, validi, & efficacis contractus, seu statuti perpetui, vel legis habentibus, & indubitanter per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, Sedemque praedictam, ac Nos, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus, ac consistorialiter, & aliis etiam iteratis vicibus in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda foret, illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris die 26. Septembris 1607. Pontificatus nostri Anno III.

Sed cum majores inde discordiae fuerint exortae;

§.2. Cum autem, sicut charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, ex contentis, atque dispositis in praesentis literis huiusmodi dissidia, rixae, contentiones, atque discordiae non solum in praedictis Turritanis, seu Salsarenis, ac Calaritanis Civitatibus, earumque Dioecesium, verum etiam in tota Sardiniae Insula verisimiliter oriri possent, & propterea, ut eis mature obviam eatur, pacique, & mutuae inter eisdem Insulae habitatores, & Incolas concordiae, securius consulatur, idemque Philippus Rex super praemissis per Nos opportune provideri desideret.

Urbanus Pauli Literas revocatas.

§.3. Nos, qui omni cogitatione, omnique cura in id incumbimus, ut Christiani fideles praesertim ecclesiastici in pacis amicitia, & iustitiae cultu reddant Domino abundantes fructus suos, pro ipsius Philippi Regis desiderio, quantum Nobis ex alto conceditur, annuere volentes, supplicationibus eiusdem Philippi Regis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, praesentibus Pauli Praedecessoris Literas, omniaque, & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa, apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo revocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, ac viribus, & effectu prorsus vacuumus, nec non revocata, cassa, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua perpetuo esse, & fore, neque personis in praesentis literis huiusmodi expressis quovis modo suffragari posse, seu debere.

Necessariae ad dictas clausulas.

§.4. Revocationem vero, & cassationem, abrogationem, annulationem, viribusque, & effectu evacuationem de dictis Pauli Praedecessoris literis, & in eis quomodolibet contentis, & expressis per Nos, ut praefertur, factas, praesentibusque literas perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, neque illas praemissas ex eo, quod causa, propter quas emanarunt, Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

namque, expressae, verificate, & iustificatae, seu personae huiusmodi, vel alii quicumque in praemissis interesse habentes, seu habere praetendentes, ad hoc vocati, citati, & audit non fuerint, neque illis consenserint, vel aliis ex quocumque capite, praetextu, colore, ingenio, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, in jus, vel controversiam vocari, ad viam, seu terminos juris reduci, aut aliud quodcumque juris, gratiae, vel facti remedium impetrari, seu concedi posse; Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios quavis auctoritate fungentes iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatae contractuum.

§.5. Non obstantibus praesentis Literarum huiusmodi, ac dictarum Ecclesiarum, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 25. Februarii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 25. Febr. 1625. An. II.

CVII.

Erectio Custodiae Bavariae Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum, in Provinciam Reformatorum Discalceatorum Bavariae nuncupandam, cum communicatione omnium gratiarum spiritualium, & temporalium Provinciae Hispaniarum concessarum, ac nonnullis aliis ordinationibus pro bono huius Provinciae regimine.

De istis Fratribus vide in Gregor. XV. Const. XXVI. Onerosa. Tom. V. Par. II. fol. 373. Et ad huius Pont. Const. XL. Romanus. ut sup. fol. 196.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Sanctissimum Apostolatus ministerium humilitati nostrae, licet nullo merito suffragio, per ineffabilem divinae sapientiae providentiam commissum postulat, ut

Exordium.

Q 9

Is Pontifex
prescripta per
agentibus In-
dulgentiam
Jubilaei elar-
gitur.

hoc humiliter porrecti inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio Propagandae Fidei praepositorum consilio, deque Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus Insulae praedictae vere poenitentibus, & confessis unam, seu plures Ecclesiam, seu Ecclesias, vel Cappellas, aut loca pia per dictum Nicolaum Episcopum deputandas per quindecim dies continuos, vel interpollatos, quos pro personis infirmis, senibus, praegnantibus, Virginitibus, Viduis, & aliis quovis alio legitimo impedimento detentis, ac Capitularibus Congregationibus tam secularium, quam regularium, Sodalitatibus, Universitatibus, Confraternitatibus, Ecclesiam, seu Ecclesias, aut Cappellas, vel loca pia hujusmodi visitantibus, atque ob alias causas, prout dicto Nicolao Episcopo videbitur, ad minorem numerum arbitrio suo reduci, & alibi etiam in terris, & locis dictae Insulae unam, vel plures ecclesias visitando, prout animarum saluti cognoverit expedire, suo arbitrio deputari posse volumus, devote, & reverenter visitando, & ibi quinque orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam pro peccatorum suorum remissione, ac pro pace inter Christianos Principes conservanda, & haereticum extirpatione, sanctaeque matris Ecclesiae exaltatione pie ad Deum orando, Plenariam ejusdem Anni Jubilaei omnium peccatorum suorum remissionem, & remissionem consequantur, perinde ac si dicto Jubilaei Anno quatuor Ecclesias dictae almae Urbis pro consequendo Jubilaeo hujusmodi deputatas statutis ad id diebus personaliter visitassent, & alias ad hoc requisita adimplevissent.

Dat facultate
Confessariis
absolvendi a
Castro refec-
tatis Sedi Ap.

§.2. Et ad effectum hujusmodi, illis, ut Confessores, quos idem Nicolaus Episcopus Jubilaei hujusmodi causa in statutis Ecclesiis nominatis delegerit, sibi eligere valeant Presbyteros seculares, vel cujusvis Ordinis Regulares, qui confessionibus eorum diligenter auditis eos, & eorum quemlibet a quibusvis peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, etiam quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicae reservatis, ac in Literis, quae in Die Coenae Domini legi consueverunt, contentis, ac censuris, & poenis ecclesiasticis ad effectum ipsius Jubilaei consequendum tantum, injuncta eis poenitentia salutari, absolvere possint.

Isque qui Ro-
mam vene-
runt, denuo
Jubilaeum con-
sequendi.

§.3. Necnon, ut illi, qui forsitan Romam venerunt, & Jubilaeum ipsum quovis modo consequuti sunt, denuo etiam illud juxta tenorem praesentium consequi valeant, auctoritate apostolica, harum serie, concedimus, & indulgemus.

Episcopo ve-
ro injuncta
opera pro Mo-
nialibus &c.
commutandi.

§.4. Praeterea ipsi Nicolao Episcopo, ut cujusvis Ordinis Monialibus, & Orphanarum, aliarumque mulierum in communi viventium Congregationibus ad Jubilaeum intra Monasterium, Domusve suas consequendum conditiones, modum, & tempus,

praescribere, & denique in praemissis omnibus, & singulis arbitrio suo facere, ordinare, & providere, & quaecumque sibi visa remedia opportuna adhibere possit, prout animarum saluti expedire judicaverit, facultatem tribuimus.

Præsentibus
ad duos men-
ses valituris.

§.5. Praesentibus ad duos menses tantum a die publicationis praesentium quam Anno proxime sequenti, dumtaxat fieri volumus, computandos valituris.

Dat. die 4.
Martii 1625.
An.II.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 4. Martii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

C X.

Facultates Provinciae Romandiolae Praesidi concessae ad Annonam in eadem Provincia procurandam.

Ex Regest. in
Secret. Brevis.

Ven. fratri Archiepiscopo Adrianopolitano, Provinciae nostrae Romandiolae, & Exarcatus Ravennae Praesidi.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. ANNONAE copia, quantum cum Domino possumus, ad subditorum nostrorum commodum, & levamen consulere volentes, ac de tua singulari fide, diligentia, integritate, & prudentia plurimum in Domino confisi, Tibi, quem nuper Provinciae nostrae Romandiolae, & Exarcatus Ravennae Praesidem apostolica auctoritate deputavimus, per Te, seu per personas a te deputandas omnes, & quascumque Provincias, & Exarcatus hujusmodi Civitates, Terras, Oppida, & loca, etiam ad quascumque personas tam seculares, quam ecclesiasticas, ac cujusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani regulares, etiam oneroso, & quovis alio titulo exemptas, tam Ducalis, Baronalis, quam cujusvis alterius dignitatis existentes, etiam Cardinalatus honore fungentes, & nostros Feudatarios spectant, & pertinent, etiam Nobis, & dictae Sedi mediate subiecta, & infra limites tui Gubernii hujusmodi existentia, ad effectum infra scriptum visitare, ac quascumque Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum praedictorum personas supra expressas ad veram, & realem granorum, bladorum, leguminum, olei, & aliarum rerum ad Annonam, & gratiam spectant, per eas quomodolibet possessarum notam, & descriptionem tibi exhiberi, & invitas cogere, & compellere, ac frumenta, blada, legumina, & alia hujusmodi locis ad loca juxta rei, & casus exigentiam, prout in Domino videris expedire, transferre, ac ad frumentum, blada, legumina, & alia praedicta vendendo, similiter cogere, & compellere, cum hoc tamen, ut in locis Nobis, & dictae Sedi mediate, ut praesertur, subditis, & exemptis, ac

Facultate Prae-
sidi visitandi
omnia loca,
& personas.

Eisque cogendi
ad exhibendam
notam ad An-
nonam, &
Gratiam per-
tinentium.

Et hujusmodi
res de loco ad
locum trans-
ferendi, ven-
dendi &c.

C X I.

Cum facultatibus, quae Annonae Praefecto concedi solent.

ac circa personas Ecclesiasticas praedictas tamquam noster, & ejusdem Sedis delegatus procedas, teque uti talem procedere semper declares.

§.2. Insuper quascumque Constitutiones Apostolicas, necnon Edicta, mandata, Proclamata, & Banna generalia ad favorem Annonae, & gratiae hujusmodi emanata observari, necnon quascumque provisiones, ordinationes, & alia omnia, quae propterea, ac etiam pro conservatione granorum, bladorum, leguminum, olei, & aliarum rerum praedictarum in Statu Ecclesiastico, ac pro beneficio, & felici gubernio Annonae in Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis hujusmodi necessaria esse, & quomodolibet opportuna duxeris, etiam si talia sint, quae magis specialem, specificam, & expressam requirerent mentionem, cum facultatibus dilecti filii Praefecti Annonae per Nos deputati, facere, & ordinate, & exequi libere, & licite possis, & valeas, plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem, apostolica auctoritate tenore praesentium concedimus, & impartimur.

Mandatam de
parendo.

§.5. Mandantes propterea in virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis nostrae, alisque arbitrii nostri poenis omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet spectat, ut quodcumque a Te, seu personis a Te deputandis hujusmodi fuerint requisiti, omni, & quacumque appellatione, & reclamazione remotis, pareant, & obediant, ac opportuno favore, & auxilio Tibi, & illis efficaciter exhibeant, & exhibere procurent.

Obstantium
derogatio.

§.6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum, necnon Hospitalis praedictorum etiam Juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis personis praedictis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, alisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Praesentibus ad beneplacitum nostrum dumtaxat valituris.

Dat. die 11.
Martii 1625.
An.II.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Martii 1625. Pontificatus nostri Anno II. (a)

(a) Eadem Facultates ejusdem exempli Brevis concessae hae die fuerunt etiam Diomedii Varesio Provinciae Marchiae Anconitanae Gubernatori.

Facultas eidem Romandiolae, & Exarcatus Ravennae Praesidi Bannitis absolvendi, etiam si parti laesa non satisfecerint, dummodo abstineant a loco patratu delicti.

Ex Regest. in
Secret. Brevis.

Ven. fratri Joanni Archiepiscopo Adrianopolitano, Provinciae nostrae Romandiolae, & Exarcatus Ravennae Praesidi.

URBANUS PAPA VIII.

§.1. CUM Nos hodie motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, Tibi, ut casu aperitionis, ac devolutionis ad Nos, & Romanam Ecclesiam, Sedemque, & Camerae Apostolicam Feudi Ducatus Urbini, necnon Civitatum Senogallienae, & Pisarenae, ac Status Montisferetrani, aliorumque Dominiorum, Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Fortalitiorum, Propugnaculorum, & locorum quorumcumque etiam speciali nota, & expressione dignorum in, & sub Statu dicti Ducatus Urbini, & Montisferetrani, ad praesens quomodolibet comprehensorum, seu per ipsum Ducem quomodolibet possessorem, quodcumque, & quodcumque eveniente, sive succedente, Tu per te, vel alium, seu alios secundum rei, & casus exigentiam, corporalem, realem, & actualement possessionem Ducatus, Civitatum, Dominiorum, Oppidorum, Terrarum, & locorum praedictorum, eorumque territoriorum, districtuum, Jurisdictionum, Fortalitiorum, sive Propugnaculorum, membrorum, pertinentiarum, & Jurium quorumcumque nostro, Ecclesiae, Sedis, & Camerae praedictarum nomine, amotis, & expulsis inde quibusvis detentoribus, sive occupatoribus, apprehendere, & apprehensam retinere, aliaque tunc expressa facere, dicere, gerere, & exequi libere, & licite posses, & valeres, plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concesserimus, prout in nostris in simili forma Brevis desuper expeditis Literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continentur.

Reconferre Prae-
sidi Romandiolae
datam a se facultate
Ducatus Urbini,
& Montisferetrani
possessionem
capiendi.

§.2. Nos, ut praemissa, omniaque, & singula in dictis Literis contenta melius, & facilius executioni demandare valeas, quantum cum Domino possumus, opportune providere volentes, motu, scientia, deliberatione, deque potestatis plenitudine paribus, tibi, ut in eventus in eisdem Literis expressos dumtaxat, & non alias, Bannitos quoscumque ex quantumvis capitalibus, praeterquam laesa Majestatis, veris, non fictis, & saepius iteratis, aggravatisque criminibus, excessibus, & delictis damnatos Status nostri Ecclesiastici, si poenitentia ducti ad te accedere, & in eisdem eventus servitiis Sedis Apostolicae operam navare, & alia illis per te injungenda exequi voluerint, gratiose absolvere, & liberare, eisque gratiam, absolutionem, & remissionem in forma

Nunc dat quo
sue facultate
Bannitos ab-
solvendi in-
junctis tamen
quae hic praer-
scribuntur.

ut inter multiplices, gravissimaeque apostolice servitutis curas, illam peculiari studio amplectamur, per quam personae sub suavi religionis iugo Salvatoris nostri obsequiis famulantes, felicioribus in dies proficiant incrementis.

§.1. Dum itaque, sicut accepimus, dilecti filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Custodiae Bavariae, assiduis verbi Dei predicationibus, continuaque Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione, necnon aliis spiritualibus exercitiis, uberes in vinea Domini fructus afferre noscuntur;

§.2. Nos, ut Fratres praefati in pio- rum huiusmodi operum exercitio melius perseverare valeant, providere, ac felici illorum statui, quantum cum Domino possumus, per amplius consulere volentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Custodiam praefatam in Provinciam Ordinis ejusdem Sancti Francisci Reformatorum Discalceatorum Bavariae nuncupandam, quae Reformata, & aliis eorumdem Fratrum Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum Provinciae Regnorum Hispaniarum conformis, & ad illarum instar esse.

§.3. Necnon sub omnimodo Ministri Generalis dicti Ordinis, ac eo Italicae Nationis, & extra Italiam existente, ejus Vicarii Generalis, necnon etiam Commissarii Generalis, juxta Bullam Unionis electi, non autem Commissariorum Generalium eorumdem Ordinis, & Regnorum, nec superioris, vel inferioris Germaniae, ita quod Minister, ac Vicarius, & Commissarii Generales praefati juxta Bullam huiusmodi electi, illam non nisi per se ipsos, aut Commissarios Ordinis Reformatorum praefatorum visitare valeant, jurisdictione, auctoritate, & superioritate.

§.4. Cujusque Fratres juxta declarationes felicis recordationis Nicolai III. & Clementis V. Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, vivere debeant.

§.5. Et cum hoc etiam, quod ex nunc Minister Provincialis Provinciae Bavariae huiusmodi omnem jurisdictionem, facultatem, & auctoritatem, tam in Fratres Ordinis praefati sibi subditos, quam circa novarum domorum ejusdem Instituti in eadem Provinciae fundationem, seu erectionem, aut adificationem, necnon etiam circa Novitios, aliaque in Literis Apostolicis recolenda mem. Gregorii Papa XIII. etiam Praedecessoris nostri contenta, prout alii Ministri Provinciales aliarum Provinciarum Fratrum ejusdem Ordinis Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum, in omnibus, & per omnia habeat.

§.6. Actam ipsi, quam singularum domorum dictae Provinciae Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum Bavariae Superiores, necnon singulares eorum, & cujuslibet illarum personae, omnibus, & singulis praerogativis, praeminentiis, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus,

indultis, concessionibus, favoribus, & gratiis spiritualibus, & temporalibus, quibus alii huiusmodi Ministri Provinciales, & illarum Domorum Regularium Superiores, & singulares personae uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pariter & pariformiter, ac aequae principaliter, sine ulla prorsus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere possint, & gaudeant.

§.7. Quodque nunc, & pro tempore existens Minister Generalis praefatus, aut Visitatores ab eo etiam pro tempore mittendi, statuta, constitutiones, & ordinationes ejusdem Provinciae Bavariae, illiusque Domorum Regularium huiusmodi, nisi de consensu majoris partis Fratrum vocatum dictae Provinciae Bavariae in eorum Capitulis Provincialibus praestando alterare, vel immutare, aut eosdem Fratres ab eorum modo vivendi, dummodo juxta eadem declarationes vivant, disturbare.

§.8. Necnon quod Fratres Ordinis ejusdem Sancti Francisci de Observantia nuncupati, infra limites ejusdem, seu alterius Provinciae existentes, collectas, seu questuras ad domos regulares ejusdem Provinciae Reformatorum Discalceatorum Bavariae spectantes, exceptis eis a Fratribus dictae Provinciae Bavariae in dicto eorum Capitulo Provinciali forsan concedendis, occupare, aut eosdem Fratres Reformatos Discalceatos Provinciae Bavariae huiusmodi desuper perturbare nullo unquam tempore possint, nec valeant; apostolica auctoritate, tenore praesentium, perpetuo erigimus, & institui-

§.9. Et insuper eidem Ministro Generali, ut Ministri Provinciales, Custodem, & Definidores dictae Provinciae Bavariae creare, & eligere, caeteraque omnia, & singula in praemissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna, etiam si talia sint, vel fuerint, quae magis specialem, specificam, individuum, & expressam requirent mentionem, facere, dicere, ordinare, & exequi libere, & licite possit, & valeat, plenam, liberam, & amplam auctoritatem, & etiam tenore praemissis concedimus, & impartimus licentiam, & facultatem; ita tamen, ut Fratres Provinciae huiusmodi Constitutionibus, & Ordinationibus in Capitulo, sive Congregatione Generali factis, quae strictiori observantiae non adversentur, subjaceant, ad illarumque observationem omnino teneantur.

§.10. Decernentes Provinciam per praesentes erectam, & institutam huiusmodi decretis, & declarationibus a Nobis, & Romanis Pontificibus Praedecessoribus, & Successoribus nostris, pro Reformationibus, & Custodiis Italiae emanatis, seu emanandis nullatenus subjectam, & comprehensam esse, vel fore, ac Provinciale, Custodem, & Definidores, aliosque Superiores, ac Fratres Provinciae per praesentes erectae, & institutae, a quoquam, quavis etiam Archiepiscopali, aut Episcopali, vel etiam majori auctoritate fungentes, desuper molestari non possent.

Cavetur quominus Generalis huius Provinciae Cuiusque mutatione

Vel Fratres Observantes possint Reformatos in Quibusque perturbare.

Ministri Generales auctoritas.

Clausula.

Ex causis hic expressis;

Custodia Bavariae in Provinciam erigatur;

Sub immediata dependentia a Superioribus Generalibus Ordinibus;

Constitutiones Nicolai III. & Clementis V.

Provinciali competens cedatur, jurisdictione;

Et Privilegia.

lestari, inquietari, perturbari, aut impediri non posse.

§.11. Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios ordinarios, vel delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & desinari debere: irritum quoque, & inane, quicquid super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.12. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, atque etiam d. Ordinis, illiusque Provinciarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, & Provinciae, illiusque illarum Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 1. Martii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CVIII.

Commissio Collectori Portugalliae, ut euret in Regnis Portugalliae, & Algarbium super sederi ab executione Literarum Gregorii XV. de Exemptorum privilegiis circa curam animarum, & administrationem Sacramentorum, Monialium Monasteria, & praedicationem Verbi Dei.

Dilecto filio Magistro Joanni Baptiste Dallo in utraque Signatura nostra Referendario, Jurium, & Spoliarum Camerae nostrae Apostolicae in Portugallia, & Algarbium Regnis debitorum Collectori Generali.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Alias a se re: Gregorio Papa XV. Praedecessore nostro emanarunt Literae tenoris subsequentes, videlicet: Gregorius Episcopus &c. Gregorii Constitutionem vide Num. L. hoc eodem Tom. fol. 1.

§.2. Cum autem, sicut accepimus, circa executionem Literarum praedictarum in Portugallia, & Algarbium Regnis faciendam nonnulla per dilectum filium Michaellem Suarium Pereira negociorum Regnorum huiusmodi pro carissimo in Christo filio nostro Philippo Portugalliae, & Algarbium Rege Catholico in Romana Curia Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Sed cum nonnulla e contra a Portugalliae Regis Ministro fuerint allegata;

Recenset Gregorii Literas.

Agentem, ejusdem Philippi Regis nomine coram dilectis filiis nostris Dominico Sanctorum duodecim Apostolorum Gymnasio, Joanne Garzia Sanctorum Quatuor Coronatorum Millino, ac Scipione Sanctae Sufanae, necnon Antonio Sancti Onuphrii titularum Presbyteris Cardinalibus respective nuncupatis ad id a Nobis specialiter deputatis deducta fuerint; Idcirco donec deducta, ut praefertur, & quae deducenda fuerint, per Dominicum, Joannem Garziam, Scipionem, & Antonium Cardinales praedictos, seu alios a Nobis super his deputandos maturius, & plenius videantur, atque considerentur.

§.3. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestate plenitudine, tibi praesentes committimus, & mandamus, ut in Regnis Portugalliae, & Algarbium praedictis tantum ad executionem praesentiarum Literarum huiusmodi super sederi, auctoritate nostra cures, & facias, donec aliter a Nobis, seu Romanis Pontificibus Successoribus nostris provifum fuerit; Contradictores quoslibet, & rebelles, ac tibi in hoc non parentes, per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, comprehendendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.4. Non obstantibus praesentis Literis huiusmodi, caeterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die 3. Martii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

CIX.

Indultum Tiniensibus consequendi Indulgentiam Anni Jubilaei in ipsa Tiniensi Insula.

URBANUS PAPA VIII.

Universis Christianis praesentes literas inspecturis salutem, & apostolicam benedictionem.

Salvator noster Dominus Jesus Christus Dei filius, cujus licet immeriti vices in terris gerimus, ad hoc Nobis ligandi, & solvendi potestatem tradere voluit, ut super ejus gregem excubantes illius saluti paterne incubamus.

§.1. Hinc est, quod Nos attendentes Populos, & personas fideles Insulae Tinenis ob magnam distantiam, & longinquitatem, aliaque legitima impedimenta, seu alias ad hanc Almam Urbem nostram pro consequenda Indulgentia praesentis Anni Jubilaei accedere non posse; & propterea ipsarum personarum fidelium in Civitate, ac Diocesi, ac Insula praedictis existentium animarum saluti prospicere volentes, precibus quoque Ven. Fr. Nicolai Episcopi Tinen. Nobis super

Praeceptum Urbanus super sederi ab illarum executione.

Contraria tollit.

Dat. die 3. Martii 1625. An. II.

Ex Regeste in Secret. Breve.

Exordium.

Cum Tinienses nequeant hoc Anno Sancto Romam se conferre;

forma araplissima, etiam si illi pacem ab
offensis non habuerint, nec parti lesa satisfi-
fecerint, dummodo a loco, seu locis com-
missorum delictorum abstineant, neque ad
illa accedant, nisi prius offensis satisfactis,
& ab illis pace obtenta, alias gratie vigore
presentium illis faciende nullius sint robo-
ris, vel momenti, promittere, & conce-
dere, ac super bannitorum huiusmodi abso-
lutione, liberatione, & remissione publica
banna, & proclamata in locis necessariis
publicare, aliaque omnia, & singula in pre-
missis, & circa ea necessaria, & quomodo-
libet opportuna, etiam si talia sint, vel fue-
rint, quae magis specificam, specialem, &
expressam requirent mentionem, facere,
dicere, gerere, & exequi libere, & licite
valeas, plenam similiter, liberam, & am-
plam facultatem, & auctoritatem, tenore
presentium, concedimus, & impertimur.

Contraria
collige.

§.3. Non obstantibus fel. rec. Sixti V.,
& aliorum quorumcumque Romanorum
Pontificum Praedecessorum nostrorum con-
tra homicidas, bannitos, & alios facinoro-
sos quomodolibet editis Constitutionibus, &
Ordinationibus, privilegiis quoque, in-
dultis, & Literis Apostolicis, in contrarium
praemissorum quomodolibet concessis, con-
firmatis, & innovatis. Quibus omnibus, &
singulis, eorum omnium, & singulorum te-
nores presentibus pro plene, & sufficienter
expressis, & ad verbum insertis habentes,
illis aliis in suo robore permansuris, hac
vice dumtaxat specialiter, & expresse dero-
gamus, ceterisque contrariis quibuscum-
que.

Sic absolvi
debet poeni-
tentiam a
Confessario in-
jungenda ad-
plere.

§.4. Volumus autem, ut ii, qui praedi-
ctas absolutiones, liberationes, & remissio-
nes in vim presentium obtulerint, poeni-
tentiam salutarem sibi postmodum per con-
fessarios idoneos a locorum Ordinariis ap-
probatos, quibus plenam, super praemissis
facultatem concedimus, injungendam ad-
implere omnino teneantur.

Dat. die 11.
Martii 1625.
An. II.

Datum Romae apud Sanctum Petrum
sub Annulo Piscatoris die 11. Martii 1625.
Pontificatus nostri Anno II.

Sequitur Concessio similium Facultatum
Marchiae Anconitanae Governatori quo-
ad Affictum Montis Marciani.

*Dilecto filio Magistro Diomedo Varese in
utraque Signatura nostra Referen-
dario Provinciae nostrae Marchiae
Anconitanae Governatori.*

URBANUS PAPA VIII.

*Dilecte fili salutem, & apostolicam
benedictionem.*

Facti series, &
concessio de
qua in Rubr.

§.1. CUM Nos hodie motu proprio, &
ex certa scientia, ac matura de-
liberatione nostris, deque apostolica pote-
statis plenitudine Tibi, ut casu aperitionis
ac devolutionis, ad Nos, & Romanam Ec-
clesiam, Sedemque, & Cameram Apostoli-
cam Feudi Ducatus Urbini, nec non Civi-

tatum Senogallien., & Pifaren., ac Sta-
tus Montisferetran., aliorumque Dominio-
rum, Civitatum, Oppidorum, Terrarum,
Fortalitorum, Propugnaculorum, & Lo-
corum quorumcumque, etiam speciali nota,
& expressione dignorum, in, & sub Statu
dicti Ducatus Urbini, & Montisferetran.
ad praesens quomodolibet comprahensio-
rum, seu per ipsum Ducem quomodolibet
possessorum, quandocumque, & quomodo-
cumque eveniente, sive succedente, tu per
te, vel alium, seu alios secundum rei, &
casus exigentiam corporalem, realem, &
actuale possessionem Ducatus, Civitatum,
Dominiorum, Oppidorum, Terrarum, &
Locorum praedictorum, eorumque Terri-
toriorum, Districtuum, Jurisdictionum, For-
talitorum, sive Propugnaculorum, mem-
brorum &c., prout in praecedenti, plen-
itudine paribus, Te in eventus in eisdem
Literis expressos dumtaxat, & non alias
in, & super affectu Montis Marciani, quoad
Annonam, ac Bannitorum absolutioem,
liberationem, & remissionem superinten-
dentem cum omnibus, & singulis facultatibus,
gratis, & indultis Tibi per alias nostras in
simili forma Brevis super Annona, & Ban-
nitorum praedictorum absolute, libera-
tione, & remissione hodie expeditas Literas
concessis, tenore presentium facimus, con-
stituimus, & deputamus.

§.2. Mandantes propterea sub indigna-
tionis, & aliis arbitrii nostri poenis dicti lo-
ci Affictuariis, eorumque Officialibus, &
Ministris, ceterisque omnibus, & singulis,
ad quos spectat, & pro tempore quomodo-
libet spectabit, ut te in superintendentem
hujusmodi, juxta tenorem presentium reci-
pian, & recognoscant, tuisque monitis,
& mandatis salubribus prompte pareant, &
obediant, alioquin sententiam, sive poe-
nam, quam rite tuleris, seu statueris in
rebelles, ratam habebimus, & faciemus
auctore Domino usque ad satisfactionem
condignam inviolabiliter observari.

§.3. Non obstantibus Capitulis, & con-
ventionibus inter Cameram Apostolicam,
& ejusdem Oppidi Montis Marciani, illius-
que Terris, & Tenimentis Affictuaria-
rum initis, nec non Regula nostra de jure qua-
esito non tollendo, ac omnibus illis, quae in
Literis praedictis volumus non obtinere, ceteris-
que contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum
sub Annulo Piscatoris die 11. Martii 1625.
Pontificatus nostri Anno II.

Mandatum de
pateudo.

Derogatio
contrariorum

Dat. die, &
anno prout in
praecedenti.

Man-

Ex Regest. in
Secret. Brevis.

Mandat Metropolitae Rossiae, ut Synodum
Provinciale singulis quadrienniis cele-
bret.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

Sacrofanctum apostolatus officium hu-
militati nostrae per ineffabilem Divinae
Sapientiae providentiam commissum postu-
lat, ut licet inter gravissimas, multiplici-
ces apostolicae servitutis curas super uni-
versas Orbis Ecclesias juxta pastoralis offi-
cii debitum invigilemus illis tamen pecu-
liarem sollicitudinem impendamus, quae
non solum in longinquis regionibus consti-
tuta, verum etiam multis catholicae fidei
hostium periculis exposita ope, atque ope-
ra Sedis Apostolicae jugiter noscantur indige-
re.

Mandat infra
annum Con-
cilium Pro-
vinciale cogi.

§.1. Hinc est, quod nos felici, atque
prospero Ecclesiarum in Provincia Ruthena-
seu Russica existentium statui, atque guber-
nio, quantum cum Domino possumus, con-
sultere volentes, de Venerabilium Fratrum
nostrorum S. R. E. Cardinalium nego-
tio Propaganda in Universo Mundo fidei
praepositorum consilio, Venerabili Fratri
Archiepiscopo Kioviensi ejusdem Provinciae
Metropolitae per praesentes committimus,
& mandamus, ut infra annum proximum,
Concilium Provinciale Episcoporum, eo-
rum scilicet, qui cum Romana Ecclesia tem-
pore felicitis recordationis Clementis Papa
Octavi Praedecessoris nostri uniti sunt, jux-
ta praescriptum Sacrorum Canonum, nec-
non Generalium Conciliorum convocet,
atque celebret.

Illudque fra-
gulis qua-
drenniis co-
lebrati.

§.2. Insuper, quod finito Concilio Pro-
vinciali infra Annum, ut praefertur, convo-
candi, & celebrando, ex tunc decetero per-
petuis futuris temporibus singulo quoque
quadriennio, simile Concilium provinciale
non minus unius hebdomadae spatio duratu-
rum modo, & forma praemissis convocari,
& celebrari omnino debeat, apostolica au-
thoritate, tenore presentium, perpetuo sta-
tuimus, & ordinamus.

Dati Metro-
polite facultate
Episco-
pos ad id co-
pellandi.

§.3. Dantes plenam, & amplam facul-
tatem, & auctoritatem eidem Archiepiscopo
nunc, & pro tempore existenti tem-
pus, & locum celebrationis Conciliorum
hujusmodi praefigendi, & assignandi, ac
poenas sibi bene visas Episcopis legitime
non impeditis ad Concilia hujusmodi non
venientibus, & qui venerint, ante finem ce-
lebrationis Conciliorum hujusmodi praefi-
gendis, absque ejusdem Archiepiscopi licen-
tia recedentibus, imponendi, & infligendi.

Clausula:

§.4. Decernentes, praesentes literas va-
lidas, & efficaces existere, & fore, suos-
que plenarios, & integros effectus sortiri,
& obtinere: sique per quoscumque Judi-
ces ordinarios, & delegatos, etiam cau-
sarium Palatii Apostolici Auditores, judi-
cari, & definituri debere, ac irritum, & ina-

ne, si secus super his a quoquam quavis au-
thoritate scienter, vel ignoranter contige-
rit attentari. In contrarium facientibus non
obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum
sub Annulo Piscatoris die 12. Martii 1625.
Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 12.
Martii 1625.
An. II.

CXIII.

Pisano Archiepiscopo committit, ut curet
Archiepiscopum Mithilenarum a Graecis
Liburni commorantibus recipi, atque
audiri.

Ex Regest. in
Secret. Brevis.

Ven. Fratri Juliano Archiepiscopo Pisano.

URBANUS PAPA VIII.

*Venerabilis Frater salutem & Apostolicam
Benedictionem.*

§.1. CUM nos nuper ad regimen, & salu-
te animarum Christianissimum Gre-
corum in Oppido Liburni tuae Pisanae Dice-
cesis commorantium Ven. Fratrem Gabrie-
lem Archiepiscopum Mithilenarum, cujus
integritas, fides, & prudentia fide digno-
rum testimonio apud nos comprobatur,
apostolica auctoritate deputaverimus.

Archiepiscopo
Mithilenarum de-
putat in Vili-
torem Grae-
corum Libur-
ni commo-
rantium.

§.2. Nos cupientes, ut Christianissimos
praedicti eundem Gabrielem Archiepiscopo-
rum in animarum suarum patrem recipiant,
& pastorem, doctrinamque ejus audiant,
& sequantur, ac se ab eo doceri, & in via
salutis dirigi permittant, fraternitati tuae
per praesentes committimus, & mandamus,
ut apud eosdem Graecos efficaciter cures,
quod ipsi salubribus ejusdem Gabrielis Ar-
chiepiscopi monitis, et mandatis pareant &
obediant; alioquin sententiam, sive poe-
nam, quam idem Gabriel Archiepiscopus
contra inobedientes rite tulerit, ratam ha-
bebitur, & faciemus auctore Domino us-
que ad satisfactionem condignam inviolabi-
liter observari, in contrarium facientibus
non obstantibus quibuscumque.

Mandat Ar-
chiepiscopo
Pisano, ut cu-
ret a Graecis
recipi.

Datum Romae apud Sanctum Petrum
sub Annulo Piscatoris die 15. Martii 1625.
Pontificatus nostri Anno II.

Dat. die 15.
Martii 1625.
An. II.

CXIV.

Confirmatio quorundam Statutorum Ec-
clesiae Metropolitanae Eboracensis, de proba-
tionibus super puritate sanguinis ab iis
faciendis, qui ad Dignitates, aliaque
Beneficia ejusdem Ecclesiae promoventur.

Ex Regest. in
Secret. Brevis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacrofanctum Apostolatus officium hu-
militati nostrae per ineffabilem divinae
sapientiae providentiam commissum postu-
lat, ut ad felicem, atque prosperum Ec-
clesiae

Exordium:

Archiepiscopus Eborensis statuta nonnulla edic.

Que Congregationi Consilii examinanda tradit.

Tenore hujusmodi statutorum.

clesiarum quarumlibet præsertim Cathedralium statum, directionemque jugiter intendentes, ea, quæ propterea facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata persistant, libenter cum a Nobis petitur, Apostolicæ confirmationis patrocinio muniamus.

§. 1. Nuper siquidem pro parte charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici exposito, quod Venerabilis Fr. Josephus Archiepiscopus Eborensis ad majorem Ecclesiæ Eborensis decorem, divinique in ea cultus augmentum, nonnulla statuta, & ordinationes ediderat.

§. 2. Nos statuta, & ordinationes hujusmodi a Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini interpretibus revideri, & recognosci iussimus. Qui quidem Cardinales in vim mandati nostri hujusmodi statuta, & ordinationes in hunc, qui sequitur, modum redigerunt, videlicet:

D. Josephus a Mello Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Metropolitanus Archiepiscopus Eborensis. notum facimus omnibus, & singulis has nostras statuta sub spe beneplaciti Santissimi Domini Nostri Papæ, sanctæque Sedis Apostolicæ, literas visuris, lecturis, & audituris: quod cum videremus, nostram Ecclesiam Eborensis esse unam ex Metropolitanis Regni Portugalliæ, & inter illas insignem, tum ob antiquitatem, redditumque ubertatem, quibus ceteras præfati Regni Ecclesiæ antecedit; tum quia semper, & saltem ut plurimum, solita fuit gubernari per Præfules Regiæ stirpis, eique semper inservierunt Dignitates, & Canonici sanguinis claritate, & literis præstantes, ex quibus multi ad dignitatis Episcopalis gradum assumuntur, & eam notabile damnum passuram in sua auctoritate, & servitio, si ad illius Dignitates, Canonicatus, Beneficia, & officia admittantur personæ ex hebræorum sanguine descendentes, aut quæ aliqua macula hujusmodi, licet parva per viam paternam seu maternam sint infectæ, cum experientia doceat, hujusmodi hominum naturam esse turbulentam, & in ministerio Ecclesiæ valde nocivam, & merito timeatur hujusmodi personarum incarcerationio propter crimen Apostasiæ, & errorum in fide, ut sæpius contigit tempore præterito, & passim tempore præsentis contingit, quod verget in notabile damnum nostræ Ecclesiæ, & dedecus, & opprobrium tam illius, quam personarum illi inservientium; volentesque, quantum in Domino possumus, & pro officii nostri debito tenemur his inconvenientibus, & scandalis probabiliter eventuris occurrere, ut præfata nostra Ecclesia perpetuis futuris temporibus honorificè veneretur, & auctoritatem tam multipliciter comparatam conservare possit; Egimus non semel, sed iterum, atque iterum sæpius cum Decano, & Capitulo dictæ Ecclesiæ de condendo statuto, quo caveretur, ne persona aliqua præfata labe laborans ad beneficium aliquod, aut officium seu ministerium dictæ Ecclesiæ admittetur, cumque super forma, & clausulis Sta-

tuti convenire non possemus; ut ad concordandum nobiscum præfatum Decanum, & Capitulum adduceremus, ei multa, & diversa media proposuimus, & procuravimus Statutum Ecclesiæ Toletanæ, & aliud Ecclesiæ Colimbriensis, ut hujusmodi statutis adherentes, aliud ad præfatum Ecclesiam nostram conficeremus: quod tamen præfato Decano, & Capitulo persuadere non potuimus; & aliquoties propter discordes illius opiniones a nostris aliquoties etiam propter nimiam dilationem ex parte ipsius Capituli procuratam, hujusmodi negotii executionio tamdiu impedita fuit, ut ad desperationem conficiendi negotii veniremus. Quare Nos desiderantes, ne hujusmodi discordiis, & dilationibus tam utile, necessarium, & honestum statutum, cum damno nostræ Ecclesiæ, differretur, ut illud facere decrevimus, maturaque præcedente deliberatione, & sub spe beneplaciti Sanctissimi Domini nostri Papæ, & Sanctæ Sedis Apostolicæ, ad divini cultus augmentum, & ad nostræ Ecclesiæ Eborensis, venerationem, & honorem statuta Toletanæ, & maxime Colimbriensis, Ecclesiarum adherentes, mutatis, & additis, quæ censuimus aptiora ad finem prætersum, & ad meliorem statuti observantiam, & executionem, in nomine Domini nostri Jesu Christi, condimus, facimus, & ordinamus statutum pro dicta nostra Ecclesia tenoris sequentis.

Quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus nulla Dignitas, Canonicatus, & præbenda, aut semipræbenda, seu quartanaria, aut alia quæcumque Beneficia hæcenus in dicta nostra Ecclesia Eborensis erecta, & instituta, seu in posterum erigenda, & instituenda per cessum etiam ex causa permutationis, vel per decessum, aut aliam quamvis amissionem, vel dimissionem præfata Beneficia pro tempore obtinentium, aut aliis quovis modo vacantia, neque etiam per viam coadjutoria, quibusvis Clericis ex hebræorum, vel eorum, qui ex paterna linea usque in infinitum, vel ex materna usque ad septimum gradum inclusive, eam infamiam notam contraxerint, aut aliquo quocumque modo personis simili labe infectis, vel etiam laborantibus, ut supra, sanguine conjuncti fuerint, conferri possint; idemque censendum fore de Dignitatibus, Canonicatibus, & præbendis Magistralibus, & Doctoralibus, & de aliis quibuscumque Beneficiis in eadem nostra Ecclesia existentibus, etiam ex Indultis Apostolicis Universitati Studii Generalis Colimbriensis, seu Regiæ illius Academiæ, aut ejusdem Doctoribus, & Professoribus affectis, vel aliis debitis, statuimus;

Quod ad lites, controversias, & dubia, quæ desuper pro tempore dari possunt, statuimus, ut qui aliquo modo aliquam ex Dignitatibus, Canonicatibus, Præbendis, semipræbendis, quartanariis, cæterisque omnibus Beneficiis hæcenus in dicta nostra Ecclesia Eborensis erectis, & institutis, aut deinceps instituendis, & erigendis in ea, etiam si sint Universitati, & Academiæ huj-

De iis qui excludendi sunt a Capitulo.

Littere provisionis Archiepiscopo exhibendæ.

Juramentum ab Admittendis præstandum.

Forma in probationibus super puritate sanguinis faciendis servanda.

jusmodi affecta sibi quavis auctoritate conferri obtinerit, antequam illius possessionem per se, vel Procuratorem suum assequatur, & apprehendat, literas super Collatione, & provisione hujusmodi sibi expeditas juxta formam antiqui dictæ Ecclesiæ nostræ statuti, ex vi præsentis statuti præsentate teneatur Archiepiscopo Eborensi, qui pro tempore fuerit, ut præfatas literas examinari, & juxta hujus statuti formam de hujusmodi proviso, seu præsentato, & sui sanguinis puritate faciat inquiri; quod tamen non habebit locum in Inquisitoribus deputatis, & cæteris Ministris S. Officii Inquisitionis, qui aliquando fuerunt, sunt, vel pro tempore erunt, quia ii ad prædictarum Dignitatum, Canonicatum, Præbendarum, Semipræbendarum, Quartanariarum, cæterorumque Beneficiorum possessionem admittentur absque ulla super puritate sanguinis informatione faciendâ.

Quod omnes, & singuli, qui ad hujusmodi Beneficia admittendi erunt, prius juramentum præsent in Capitulo capitulariter congregato de hujusmodi statuto observando, & de illius derogatione, & juramenti prædicti relaxatione, seu remissione, vel abolitione nullo unquam tempore ab Archiepiscopo, & Capitulo, aut etiam a Romano Pontifice pro tempore existente, seu a Sede Apostolica, five a quovis alio Prelato, aut alia quacumque persona non petendis, neque obtinendis, neque utendo obtentis, vel impetratis, vel motu proprio sibi concessis, nec ante hujusmodi juramenti præstationem, & actum confectum de illo in libro Capituli ad hunc effectum conficiendo, & per provisum subscriptum in beneficium possessionem mittatur, seu inducatur, nec mitti, aut induci possit.

Quod si quis in possessionem alicujus ex prædictis dictæ nostræ Ecclesiæ Beneficiis absque juramenti hujusmodi receptione admittis fuerit, vel ei possessio Beneficii quomodocumque tradita fuerit, possessio hujusmodi actus eo ipso nullus, nulliusque vigoris, seu roboris existat, & hujusmodi possidens non possessor, sed intrusus censetur in Iudicio, & extra.

Quod Archiepiscopus pro tempore existens, ubi primum sibi ab aliquo proviso, seu præsentato, seu ejus Procuratore præsentate fuerint literæ provisionis, seu Collationis, aut præsentationis, statim deputet duos Canonicos præfati Capituli, & unum ex Notariis approbatis Curie Eborensis, ut examinent testes super qualitate generis provisi, seu præsentati petentis Beneficii possessionem: qui quidem Canonici, & Notarii careant omnino sanguinis impuritate, nec aliquomodo ex præfatorum hebræorum sanguine descendant, & qui deputati fuerint ad faciendam Informationem, nullo modo se poterunt eximere ab illa faciendâ, poteritque Archiepiscopus illos, & illorum quemlibet parere recusantes cogere per censuras, & poenas pecuniarias, seu per fructuum suorum Beneficiorum subtractionem.

Bull. Rom. Tom. V. Par. V.

Quod si informatio faciendâ sit extra Urbem, & ejus Territorium: in tali casu, ut sumptibus provisi, seu præsentati parcat, diriget Archiepiscopus literas commissionis ad Vicarium loci, in quo informatio faciendâ erit, ut examinet testes, & scribat informationem, dictaque testium scribat scriba ipsius Vicarii, dummodo uterque, ut prædictum est nullam præfati impuri sanguinis maculam habeat, quo casu alter loco inhabilis sufficietur per Archiepiscopum, & præfati Commissarii tam deputati ex gremio Capituli, quam Vicarii in faciendâ informatione servabunt formam traditam ab Archiepiscopo, nullaque testis admittetur a proviso, seu præsentato productus, aut qui aliâ non sit idoneus.

Quod facta Informatio in forma prædictâ tradetur Archiepiscopo per illam examinanda, eaque examinata per Decretum suum in scriptis declarabit, Provisum, seu præsentatum habilem ad Beneficium, eisque dandam, & debere dari Beneficii possessionem: & cum tali Decreto per ipsum Archiepiscopum subscripto provisos jam qualificatos Capitulum adibit, & potest Beneficii possessionem, & in eam a Capitulo mittetur in vim, & executionem præfati Decreti, & absque illo modo nullo in possessionem mittetur: & si absque hujusmodi Decreto, vel absque præstatione juramenti, de quo supra fit mentio in tertio Capitulo hujus statuti, possessionem apprehenderit, & ad illam admittatur, talis actus, & possessio nullus sit roboris, & momenti, & intrusus in Iudicio, & extra habeatur, & fructus non faciat suos, neque illi de illis ullo modo respondeatur: careatque talis intrusus omni actione repetendi restitutionem, nec se spoliatus dicere possit, nec ei restitutionis de jure debitæ spoliato actio competat: Decretum tamen, seu declaratio super sanguinis puritate fieri debeat infra sex Menses a die præsentationis literarum inchoandos, quibus ante hujusmodi declarationem elapsis objectio impuritate sanguinis minime obstet proviso, quo minus debeat in possessionem immitti.

Quod fructus, redditus, proventus, emolumenta, & distributiones, etiam quotidianæ spectantes, & spectantia ad Beneficii possessionem petentes a die, quo titulus collationis, provisionis, seu præsentationis Archiepiscopo præsentatus fuerit per ipsum provisum, aut præsentatum, seu ejus Procuratorem, & ipse, vel ejus Procurator petierit, ut informatio fiat, deponantur apud personam, seu personas, in quarum potestate tuto asserventur, ut proviso, seu præsentato post præstitum præfatum juramentum, apprehensamque possessionem Beneficii ex Decreto per Archiepiscopum ferendo super informatione omnes tradantur, tanquam si præfatus esset in Ecclesia, & in Choro, dummodo a præfato præsentationis die inisset pro faciendâ informatione per se, vel per suum Procuratorem, & per illum non stet, & sit præfatus in Urbe Eborensi.

De fructibus Beneficii vacantis.

R i Quod

Quod non obstante quacumque habilitatione, si quis ex Capitularibus, aut aliis quibuscumque Beneficiatis nostrae Ecclesiae praefatae contra possessionem sic jam apprehensam aliquod impedimentum ex supradictis opponere voluerit, ad id admittatur: hac tamen conditione, quod si non probaverit appositum impedimentum, & appositum malitiose fuisse constiterit, & appositum & acerbe puniatur opponens, & voce activa, & passiva perpetuo privatus existat.

Quod si in admissione alicujus Dignitatis, Canonici, Praebendati, Semipraebendati, alteriusve Beneficiati, quicumque ille sit, Secretarius Capituli, aut Canonicus ejusdem ab eodem Capitulo ad id deputatus nomine Archiepiscopi, & Capituli coram possessionem petente, vel ejus Procuratore, antequam ad possessionem admittatur, protestetur, quod si in posterum ullo unquam tempore compertum fuerit, aut alias iuridice constiterit ad possessionem hujusmodi admitti petentem aliquo ex supradictis impedimentis esse infectum, proviso sibi facta cum Literis desuper expeditis, & inde sequuta hujusmodi possessio ab ipsa possessionis die, etiam si postmodum triennalis, vel majoris temporis possessor efficiatur, nullius roboris, & momenti existat, ac Dignitas, Canonatus, & Praebenda, aut Semipraebenda, quartanaria, & quodcumque aliud Beneficium in praefata nostra Ecclesia jam fundatum, erectum, & institutum, aut in posterum in ea fundandum, erigendum, & instituendum per talem obtentum vacet eo ipso, itaut de illo per Romanum Pontificem alteri idoneo, & qualificato conferri possit: ipseque possessor omnes, & singulos fructus, redditus, proventus, & distributiones quotidianas, aliaque emolumenta per eum percepta, tanquam intrusus, & canonico titulo carens restituere, & respondere teneatur, actusque hujusmodi protestationis conficiatur, & a praesentibus, & a petente hujusmodi ad possessionem admitti, aut ejus Procuratore subscribetur, illiusque etiam observantia ab eo jurari debet.

Quod Archiepiscopus curabit, ut officia reliqua praefatae nostrae Ecclesiae provideantur solum personis praefatae sanguinis lae carentibus, nullusque etiam ad ministerium Ecclesiae, & ejus Sacrificia, apti Chori admittatur, qui dicta lae laboret. Circa hujusmodi autem Officialium, & Ministrorum qualificationem sicut informationes, antequam in possessionem Officiorum, seu Ministeriorum mittantur, prout Archiepiscopo magis expedire videbitur. Quod si post adeptam possessionem deprehensum iuridice fuerit, aliquem ex admittis a praefata hebraeorum stirpe descendere, eo ipso provisio qualibet talis officii, seu ministerii, & possessio inde sequuta, nullius sint roboris, & momenti, & eo ipso talis provisio, & possidens privatus censetur, & tale officium seu ministerium alteri committatur, & provideatur tanquam vacans, nec qui provisionem, & possessionem obtinuerat, possit se dicere spoliatum, nec actio de jure

competens spoliatis ei ullo modo suffragetur.

Quod tam Archiepiscopus, quam ejus Commissarii per ipsum nominati ad faciendas informationes (si Sanctissimo Domino Nostro Papa, Sanctaeque Sedi Apostolicae placuerit) habeant omnem jurisdictionem necessariam, quando, quoties, & ubi opus fuerit, ut possint cogere, & compellere Testes ad ferendum Testimonium, & eos ad id vocare, & facere omnia ad hoc negotium necessaria, & super eo procedere per censuras, poenas pecuniarias, & per alia juris, & facti remedia.

Quod supplicetur a Sanctissimo Domino Nostro Papa, & a S. Sede Apostolica, ut non obstante defectu consensus Capituli, illum sine causa iusta multoties denegantis, & differentis, hujusmodi Statutum, prout in illo continetur, dignetur approbare, confirmare, eique robor firmitatis apostolicae adijcere cum clausulis necessariis, & opportunis ad illius plenam observantiam, & executionem. Quae omnia Nos praefatus D. Josephus a Mello Archiepiscopus Ebo- ren. statumus, & ordinamus, ut perpetuis futuris temporibus observentur in nostra Ecclesia per Nos, & per Archiepiscopos Ebo- ren. pro tempore existentes, & dictae Ecclesiae Capitulares sub spe tamen beneplaciti Sanctissimi Domini Nostri Papae, Sanctaeque Sedis Apostolicae, & approbationis, & confirmationis ab eo, & ea concedenda: quod beneplacitum, & approbationem, & confirmationem suppliciter, & humillime petimus. Datum Madriti sub nostri nominis subscriptione, sigillique nostri impressione trigesimo die mensis Augusti Anno a Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1623. Antonius Gometius noster Secretarius scribi fecit hoc Statutum, & subscripsit Josephus Archiepiscopus Ebo- ren.

§.3. Cum autem dictus Philippus Rex pro majori Statutorum, & ordinationum hujusmodi firmitate, illa a Nobis approbati, & confirmari summo opere desideret.

§.4. Nos pio ejusdem Philippi Regis desiderio, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de eorumdem Cardinalium consilio, praesentibus Statuta, & ordinationes apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robor adijcimus: ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.5. Decernentes Statuta, & ordinationes, praesentisque Literas semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, quos illa quomodolibet concernunt, & concernere possunt in futurum, inviolabiliter observari: sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quo-

Hujusmodi Statuta confirmari Rex petit.

Confirmat Urbanus.

Clausulas sp. ponit.

Contraria tollit.

Dat. die 20. Martii 1625. An.II.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Cause ferendi Decreti.

Decretum de quo in Rubrica.

a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dictae Ecclesiae Ebo- ren. etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Martii 1625. Pontificatus nostri Anno secundo.

CXV.

Ex voto Congregationis Concilii declaratur, in translationibus Episcoporum Ecclesiae vacationem ab ea die esse computandam, qua Episcopus ab ejus vinculo absolvitur in Consistorio.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Cleri Hispaniarum expositum fuit, quod occurrentibus in illis Regnis Ecclesiarum Cathedralium per dimissionem, sive translationem vacationibus, eas non induci praetenditur, quousque Episcopus translatus Ecclesiae noviter obtenta, ac successore dimittente Ecclesiae dimissa possessionem adepti non fuerint: ideoque tam ipsos Episcopos, quam eorum Vicarios interim ordinariam jurisdictionem retinere, eoque sub praetextu, quod cum translationes, & dimissiones hujusmodi de translatorum, & dimittentium consensu fiant, non intelligatur Ecclesia dimissa, neque Episcopus ab illius vinculo absolutus, quousque de hujusmodi consensu non constiterit, de quo minime constare potest, cum a tergo Literarum Apostolicarum non adnotetur, prout fieri solet in expeditionibus Beneficiorum inferiorum, quae sunt per concessum, nec de illo fit adnotatio particularis, de qua Secretarii Consistorialis attestatio haberi queat: unde oritur, quod iurisdic- tio penes Episcopum translatum, seu dimittentem esse videatur, quousque de tali consensu appareat per aliquem actum positivum subsequen- tem, qui non nisi ex capta possessione vigore Literarum Apostolicarum hujusmodi resultare poterit.

§.2. Nos inconvenientibus, & litium anfractibus, qui ex praemissis oriri possunt, quantum cum Domino possumus, obviare, ac Clerum hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & singulares illius personas a quibusvis excommunicatio-

nis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, quibus negotium hujusmodi mature, ac diligenter examinandum, & nobis referendum commissimus, consilio, Ecclesiam, a qua Episcopus de suo consensu transfere- tur, ab eo tempore vacare, quo idem Episcopus ab illius vinculo in nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis consistorio absolvitur, etiam ante expeditionem Literarum Apostolicarum, vel ad praedictam secundae Ecclesiae possessionem, postea- que vero ex testimonio, seu documento Secretarii sacri Collegii, vel alio modo hujusmodi absolutionis notitiam Episcopus translatus habuerit, illico eum ab exercitio ordinariae jurisdictionis abstinere debere, eamque in Capitulum transire, itaut statim Capitulum eadem jurisdictione uti, sedem vacantem publicare, atque Officiale, seu Vicarium ad dicti Concilii praescriptum, constituere possit, & debeat.

§.3. Praesentes quoque Literas perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, necnon Clero praedicto in omnibus, & per omnia suffragari, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios quavis auctoritate fungentes, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; apostolica auctoritate tenore praesentium decernimus, & declaramus.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Martii 1625. Pontificatus nostri Anno II.

Clausula.

Obstantium derogatio.

Dat. die 20. Martii 1625. An.II.